



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

12. De tempore quo res immobiles praescribuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

non tamen probari possunt indicandum esse non possiditorem... non interrumptur, bene tamen iudicium illius suspenditur.

§. XI.

Expenditur quarta conditio de tempore requisito praescriptioni rerum mobilium.

- 1 Quae sint mobilia, & immobilia?
2 Mobilia priuatorum possessione triennali cum titulo praescribuntur.
3 Ab hac conclusione excipitur res furtiua, & occupata.
4 Mobilia spatio 30 annorum sine titulo praescribuntur, etiam aduersus Ecclesiam.
5 In hac praescriptione affirmant plures Ecclesiam Romanam privilegio gaudere.
6 Verius est oppositum.

Pro veritate praescriptionum diuersus temporis decursus requisitus est: alius enim requiritur pro praescriptione mobilium alius pro praescriptione immobilium, & in horum praescriptione diuersus contra priuatum, ac contra principem, vel Ecclesiam sicut in sequentibus videbimus.

Mobilia appellamus quae loco mouentur, vt sunt animalia, vestes, pecunia, naues &c. E contra immobilia quae loco dimoueri non possunt, vt domus, vinea, pacua, praedium &c. His accedit obligatio ad ea soluenda, vel ius ad ea comparanda quae si fuerint rerum mobilium inter mobilia computabuntur, si vero immobilium immobilibus adhaerebunt. Excipit nisi hoc debitum, & obligatio mobilia sine termino respiciant, nam eo casu inter mobilia computari debent. Quia ratione census, cathedra, beneficium, officium, vfus fructus abque limite in numero immobilium referuntur, quia sunt ius ex se perpetuum percipiendi mobilia, & instar rerum immobilium fixa manent. Sicut colligitur ex cap. 2. & ibi Glossa de rebus Ecclesiae non alienandis lib. 6. & ex cloumont. exi. de paradiso §. cumque annuere tus. His positis,

Mobilia priuatorum possessione triennali bona fide, & titulo intercedente praescribuntur. Vt habetur leg. vnica. Cod. de vfucapione trans. formanda. & §. 1. in fin. de vfucapionib. Eodem tempore completur praescriptio mobilium Ecclesiae, vt constat ex Authenti. quas actiones. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis. Ibi est vfucapione triennij, vel quadriennij praescriptio in suo robore duraturis. Etenim in praescriptione rerum, & actionum quae minore tempore quam decennio aduersus priuatos praescribuntur Ecclesia nullum privilegium habet. Requirit vero ad hanc praescriptionem triennalem non solum bonam fidem sed titulum. Constat ex leg. Celsus ff. de vfucapionib. & ex leg. nullus. Cod. de rei vnicat. & notatur Couarruu. alius relatis ad reg. possess. §. 2. n. c. Mol. tract. 2. disp. 68. Lessius lib. 2. cap. 6. dub. 7. num. 22. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 8. num. 23. Sanchez. lib. 2. sum. cap. 23. n. 94.

Aduerto tamen in praescribendis fructibus alicuius fundi bona fide possessi titulum generalem pro suo sufficientem esse, quia hi accessorie ad fundum praescribuntur. Vt docuit Bald. leg. 1. num. 8. Cod. de vfuris & fructus legatarum. Couarruu. lib. 1. variar. cap. 3. num. 7. conclus. 4. Cardin. Iuchus. t. 4. conclus. 489. num. 4. & conclus. 492. numer. 18. Sanch. lib. 2. sum. cap. 23. num. 94.

Deinde docet Sanch. n. 95. triennium requisitum pro praescriptione rerum mobilium intelligendum esse, cum mobilia per se praescribuntur, secus si accessorie praescriberentur. Nam praescriptio principalis, v. g. fundo, fructus ex illo percepti praescripti sunt, vt constat ex leg. eos 26. in fine. Cod. de vfuris, tamen triennium non decurrit.

Ab hac tamen conclusione excipienda est res furtiua, & vt occupata, quam si titulo emptionis, donationis, vel simili a fure, seu rapitore accepit, p. etere bene triennio non potes: quia habet vitium ordinariae praescriptioni oblitens. Vt habetur §. furtiua in fin. de vfucap. in vlt. & §. leg. vlt. in vlt. glossa Cod. de acquirenda possessione. possunt tamen praescribi spatio triginta, vel quadraginta annorum, Vt colligitur ex leg. sicut in r. m. & leg. si quis emptione. §. quod si Cod. de praescript. 30. vel 40. annorum. & docuit Lessius. lib. 2. cap. 6. dub. 1. num. 44. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 8. num. 29. contra Socum. lib. 4. de iust. quast. 5. n. 14. post secundam conclus. Quintimo, esto sit res furtiua, & vt occupata, si tamen sit accepta a possessore male fidei praescribitur neque ante tricennij decursum, ex nouella. 119. Iustiniani, qua correcti est §. quod autem in fin. de vfucapionib. Inquit enim Iustinianus, i. versus rerum Dominus ignorat simul, quod ea res ad se non pertinet simul etiam in actio intercessit, iubemus vt non aliter, quam tricennij praescriptione excludatur, cum is qui res sine modo possidet dicere nequeat, quod ipse bona fide possidet.

deest, quando a male fidei possessore hasce accepit. Sic notat Lessius lib. 2. cap. 6. dub. 13. in fine. num. 44.

Sine titulo autem mobilia spatio triginta annorum tam aduersus priuatos, tum aduersus Ecclesiam praescribuntur. Vt ex omnium sententia tradit Molina. tract. 2. disp. 68. in fine. Lessius. lib. 2. cap. 6. dub. 7. in fine. Layman. d. cap. 8. num. 28. argum. leg. 3. Cod. de praescript. 30. vel 40. annorum. Si enim ibi cauetur immobilia eo temporis decursu praescribi, tacite supponitur mobilia eodem praescribi debere, cum praescriptio immobilium difficilior sit. De xium aduersus Ecclesiam, nam cum in hac praescriptione priuatorum regulanda est.

Dubium tamen est, An in hac praescriptione, seu vfucapione rerum mobilium Ecclesia Romana aliquo privilegio gaudeat? Affirmant gaudere Panormit. in cap. cum dilecta. 4. de confirmat. vlt. vel inutili. ver. possessiones. Syluest. verbo Praescriptio. 1. n. 7. ver. tertium. Lessius. lib. 3. cap. 6. dub. 7. num. 22. Nec dissentit Couarruu. ad reg. possess. 2. p. §. 2. n. 5. nam postquam statuit vfucapionem triennem acque aduersus Ecclesiam, ac priuatos induci, subdit n. 6. Et hac de Ecclesiis inferioribus; nam contra Romanam Ecclesiam necessaria est centum annorum praescriptio. Ducuntur ex authenti. quas actiones. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis. Quas actiones alias decennales, alias vicennales, alias triennales praescriptio excludit, haec loco religioso competant quadraginta annis excluduntur vfucapione triennij in suo robore durantibus, sola Romana Ecclesia gaudente centum annorum spatio, vel privilegio. Exceptio namque ad vtramque clausulam videtur referri, & confirmari potest ex cap. cum vobis. 14. de praescriptionib. vbi absque vlla distinctione rerum mobilium, & immobilium dicitur contra Ecclesiam Romanam, non nisi centum annorum praescriptio locum sibi vendicat; vbi Glossa verbo eorum inquit, hac praescriptio obinet in rebus & possessionibus, quibus verbis indicat comprehendere mobilia, & immobilia.

Ceterum etsi hac sententia probabilis sit veriorum existimo, quae asserit nullum privilegium in praescriptione mobilium Romanae Ecclesiae concessum esse. Vt docuit Glossa, & doctores in dicta authenti. quas actiones teste Molina tract. 2. disp. 68. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 8. numer. 23. Sanch. lib. 2. cap. 23. num. 96. Moucor quia neque ex praedicta authenti. neque ex dicto loco colligi potest hoc privilegium. Nam exceptio illa facta in d. Authenti. si attendit consideretur non fuit exceptio ab vfucapione, sed ab aliis actionibus quae si religioso loco competant quadraginta annis excluduntur. Quod inde probatur, quia ea exceptio deducta est ex Nouella 9. Iustiniani, quae de praescriptione longissimi temporis loquitur, non igitur extendenda est ad vfucapionem quae est breuis temporis. Praeterea si ea exceptio vfucapionem rerum mobilium comprehendit vix aduersus Romanam Ecclesiam potest esse vfucapio, cum raro vel nunquam res mobiles spatio centum annorum perdant. Et forte ob hanc causam dixit Imperator vfucapione triennij, vel quadriennij praescriptione in suo robore durantibus, quasi nihil viderit in hac vfucapione, & praescriptione mutare. Et licet in cap. cum vobis de praescriptio. i. aliis & generatim dicatur contra Ecclesiam Romanam non nisi centum annorum spatio praescribitur intelligendum est de vera praescriptione, quae immobilibus competet, non de praescriptione mobilium, quae in iure praescriptionis nomen non proprie fortitur, sed vfucapionis.

§. XII.

De tempore, quo res immobiles praescribuntur.

- 1 Immobilia titulo interueniente decennio inter praesentes, vicennio inter absentes, sine titulo vero triennio praescribuntur.
2 Ab hac regula excipitur praescriptio aduersus Ecclesiam Romanam.
3 Secundo excipitur praescriptio aduersus quamlibet Ecclesiam Romanam inferiorem.
4 Tertio aduersus monasteria Ordinis D. Benedicti, & quae eorum privilegia gaudent.
5 Item bona cuiuslibet donata, legata, vel vendita.
6 Praescriptiones longissimi temporis sine titulo procedunt in euentu quo ius praescribent non resistit.
7 Explicatur Doctrina.
8 Possio immemoralis tituli vim habet.
9 Quasi immemoralis possessio.
10 Qualiter immemoralis a censuaria differat.

Res immobiles titulo interueniente praescribuntur inter praesentes decem annis inter absentes viginti sine titulo spatio 30. annorum. Prior pars habetur expressè. §. 1. in fin. de vfucapionib. & leg. cum an longi vit. Cod. de praescript. longi tempor. & leg. si quis emptione, Cod. de praescript. 30. annor. & tradit Gratian in cap. pl. c. 1. v. 6. quast. 3. A qua Doctrina excipienda est res immobilis quam a male fidei possessore accepisti. Hanc etenim si ignorante vero Domino in toto translata sit, nequis praescribere

nisi spatio 30. annorum. Vti habetur expresse in authent. mala fidei C. d. de prescript. longi temporis. ibi mala fidei possessore alienante, cessat longi temporis prescriptio, si verus Dominus ignorat ius suum, & alienationem factam, spectatur ergo triginta annorum defensio. Sicuti notavit Molina. disp. 63. et 69. in princ. Lessius lib. 2. cap. 6. dnb. 13. num. 44. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 8. num. 28. Porro praesentes dicuntur, qui in eadem civitate aut illius iurisdictionis territorio, quod vulgo comarca appellatur, domicilium habent, tamen res praescribenda alibi sunt illi vero dicuntur absentes qui extra praedictum territorium commorantur. Sic tradit quaedam Glossa leg. vit. Cod. de longi tempor. prescript. quam sequitur Panormit. in cap. de quarta. nu. 30. de prescript. Molina. disp. 69. post in sum. Lessius. 2. cap. 6. dnb. 8. num. 23. Layman. cap. 8. num. 23.

Quia vero vnus annus praesentiae duplici anno absentiae aequivaleret, & duplex annus absentiae vnico praesentiae anno obtinetur, si pater contra quem praescribit solum quinquennio praesens fuerit vita illud quinquennium decem anni decurrere debent, vt praescriptionem compleas. Sicuti bene aduertit Syluest. verbo Praescriptio l. 9. 7. Molina. d. d. disp. 69. vers. illud vero. Lessius d. d. dnb. 8. num. 23. & decidit expresse Authent. quod si quis Cod. de prescript. longi temp.

Secunda pars conuentionis scilicet res mobiles sine titulo praescribi spatio 30. annorum cum bona sine habetur leg. sicut in rem leg. si quis emptio. S. quod si quis Cod. de prescript. 30. vel 40. annor. et cap. Sanctorum de prescript. Et tradunt Doctores communiter. Quod tempus triginta annorum vocatur in iure longissimum, nam decennium, & vicennium longum appellatur, vt constat ex leg. cum in longi vlt. Cod. de pra. et pt. longi temp.

Ab hac regula excipi debet primò praescriptio aduersus Ecclesiam Romanam cuius bona immobilia neque à priuato, neque ab altera Ecclesia inferiori praescribi possunt minori tempore quam centum annis, vt constat ex Authent. quas Cod. de sacrosanctis Ecclesiis et cap. cum nobis. cap. cum cap. si diligenti. cap. ad audientiam de prescript. nu. cap. 2. eodem tit. et 6. cap. n. mo. 1. 6. quest. 3. et leg. regia 26. tit. 2. 9. par. 1. Quod intelligendum de praescriptione quaè immediate, & directe Romana Ecclesia in suis bonis praedictat. Vti colligitur ex dicto cap. ad audientiam de prescriptio. ex quo cap. infert Glossa verbo principaliter, te posse praescribere ius vile fundi à Romana Ecclesia alicui concessum spatio triginta annorum, siquidem ex hac praescriptione non praedictatur Romana Ecclesia in dominio directo; quam Glossam sequuntur Abbas, Cardinal. Immola, & Felin in dicto cap. ad audientiam. Haec tamen iurisdictio admitti potest modo ille aduersus quem praescribitur ius vile, sit usufructuarius. Nam cum usufructuarius possit vsum fructum inuito Domino directo vendere, seu donare, nulla Ecclesia Romana iniuria irrogatur ex eo quòd hunc vsum fructum praescribas cum eius dominium directum Romana Ecclesia intactum petisset. At si ille aduersus quem ius vile praescribitur sit feudatarius vel emphyteuta verius videtur te non posse, ignorante Ecclesia Romana aduersus eum praescribere ante centum annos, quia praescribitur contra ius directum ipsius Ecclesiae, vt potè quam obligas nouum emphyteutam, aut feudatarium sibi forte noxium habere. Vt docuit Hostiens. Ioann. Andr. Anton. in d. cap. ad audientiam, & alii quos refert, & sequitur Couarru. ad reg. possessor. 2. p. §. 2. numer. 5. Si tamen sciente Ecclesia Romana eam praescriptionem faceres credo non esse opus expectare annum centesimum, sed ordinario praescriptionis tempore praescriptionem compleri; quia ea praescriptio directe, & formaliter non est aduersus Romanam Ecclesiam, sed aduersus eius feudatarium; cui praescriptioni cum ipsa consentiat nulla ei irrogatur iniuria. Consequitur autem huic praescriptioni consentire, si solita obsequia quaè feudatarius, & Emphyteuta praestat Ecclesiae Romanae tu exhiberes, quia eo casu non possit Ecclesia Romana ignorantiæ allegare. Vti pluribus sumat Couarru. supra.

Secundò excipitur praescriptio aduersus quamlibet Ecclesiam Romanam inferiorem. Nam licet tempore antiquo omnibus Ecclesiis fuerit concessum ne aduersus eas fieret praescriptio minori tempore quam annis centum; attamen hoc ius correctum est cap. de quarta cap. ad aures de prescriptio. nu. cap. 2. eodem tit. in 6. et authent. quas actiones. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis et ex leg. 2. §. 1. 2. 9. par. 3. vt aduersus quamlibet Ecclesiam inferiorem spatio 40. annorum praescribatur, tamen ipsi qui praescribitur sit ipsa Romana Ecclesia, vel summus Pontifex. Vti aduertit Panormit. d. cap. cum nobis. numer. 12. de prescriptio. Quod praerogatum ad loca pia, qualia sunt monasteria, & hospitalia extenditur. ex Authent. quas actiones. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, & ad legata, & donationes pauperibus; aliusque pijs operibus faciendis, ex dicto. Authent. vincta leg. vlt. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis. Quippe legata pauperibus relicta, eiusdem conditionis sunt ac relicta Ecclesiis, vt constat dicta leg. vlt. & habetur expresse in Authent. de Ecclesiasti. titulus. cap. 3. collat. 9. & tradit Pa-

normit. in cap. de quarta. cap. Sacrorum. de prescriptio. nu. & ibi Felin. Couarru. ad reg. possessor. 2. p. §. 1. numer. 3. Neque obest quod pauperes vt potè incerti agere non possunt pro legatis recipiendis, & praescriptio minime curat agere non valent. leg. 1. Cod. de annali. exceptione. Nam satis est (vt bene inquit Couarru. dicto num. 3.) quòd nomine illorum agere possit Episcopus.

Tertio aduersus Monasteria ordinis D. Benedicti, & consequenter aduersus eos omnes, qui eorum priuilegijs gaudent, nulla datur bonorum immobilium praescriptio minori spatio quam sexaginta annorum, vt constat ex priuilegio concesso ab Eugenio IV. & à Julio II. relato in eorum priuilegijs, sette Molina. d. d. disp. 72. circa finem. Lessius lib. 2. cap. 6. dnb. 13. num. 25. Layman lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 8. num. 13.

Quarto bona quaelibet ciuitatum modo donata, legata, vt vendita, eis fuerint centum annos requirunt ad sui praescriptionem, vt constat ex leg. inter vlt. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis. quae nullatenus correctela fuit per Authent. quas actiones. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis. Hinc à fortiori constat bona quae ad praesentiam, vel regni coronam praesentant non posse minori spatio quam centum annis praescribi. Vt bene infert Couarru. ad reg. possessor. 2. p. §. 2. n. 9. Mol. disp. 74. conclus. 4. Layman. d. n. 13. Lessius lib. 2. cap. 6. dnb. 12. n. 40. Notatur dixi modo donata &c. Nam in dicta leg. vt inter diuinum, illis tantum bonis praescribendis centenarius decurrit designatur, quae ex hereditate, legato, fideicommissio, donato, empto ciuitatibus pertinuerint, nam caetera bona quadraginta annis praescribuntur, vt ex communi aduertit Lessius loco citato.

Praedicta praescriptiones longissimi temporis procedunt in euentu, quo ius praescribenti non restat, neque aliunde in praesumptio mala fide, aut iuris errore possessionem viurpata esse. Nam eo casu ostendere debet titulum apparentem iustum, vel probare à tempore immemoriali possessionem, vt ex ostensione tituli, vel probatione immemorialis praescriptionem male facti elicias. Vt optimè alijs relatis aduertit Couarru. ad reg. possessor. 1. p. §. 5. n. 2. Mol. disp. 75. Lessius. d. cap. 6. dnb. 13. Layman. cap. 8. n. 4. & habetur expresse cap. 1. de prescript. lib. 6.

Explicemus singula. Ius praescripiendi restit, non solum cum te incapax reddat ad praescribendum, Vti reddunt Latios ad exigendas decimas, aliudue ius Ecclesiasticum obtinendum, sed etiam cum tibi praescriptionem vetat & prohibet. Si te incapax reddat ad praescribendum, non teneberis praescripiendi probasse ex eo quòd longissimam, imò immemorialem possessionem probaueris, quia ea possessio quantumuis diuturna non te habilem reddit, cum eius possessioni habilis debebas praescripi. Nam licet tituli, & priuilegij locum habeat, id intelligendum est comparatione possessionis à persona habilis procedentem, secus comparatione personae quae habilis ad possidendam praescripiendi debet. Sicuti notauit Couarru. 1. var. 17. n. 10. Mol. disp. 75. vers. eodem modo. Si autem ius non te incapax reddat ad praescribendum, sed solum tibi vetat & prohibet praescripiendum, debes necessario ostendere titulum, vt praescriptio subsistat, vel probare possessionem immemorialem; alias praescriberis possessor male fidei. Exemplis res erit manifestata. Primum, ideo possidenti Episcopo Ecclesiae, & decimas in territorio aliorum diocesis suffragatur possessio quadraginta sine titulo ad praescribendum. cap. 1. de prescript. lib. 6. quia iure canonum est cap. omnes. 1. 6. q. 7. vt omnes Ecclesiae ad eum Episcopum pertinet, in cuius territorio extiterint. Secundò ob eandem rationem nequit clericus alienus praescribere abique titulo, vel immemoriali praescriptione ius exigendi decimas à parochianis, quibus spiritualia nò ministrat. Tertio, neque ipsi parochiani exemptionem à decimis solvendis praescribere possunt nisi titulo intercedente, vel immemoriali probata. Quarto regulares abique praedictis conditionibus praescribere non possunt beneficia secularia quantum ad easdem, & plures alias condiciones exigit praescriptio in respectu Ecclesiastici, de qua Conc. Trid. sess. 2. cap. 9. de reformat. Sextò nequit inferior Episcopo indigna Pontificali sibi vendicare. Septimo Duces, Magnates, Marchiones, alique Principes inferiores, vt ea quae principi supremo competunt, quaeque ipse solet communicare praescribant, iuxta cap. super quibusdam de verborum significat. alteram ex illis conditionibus probare debent, quia ius illis restit.

Potro possessionem immemorialem tituli vim habere cum persona ea pax est possidendi. Colligitur ex leg. 2. ff. de iura iur. l. 1. ibi iustas semper pro lege habetur. Et ibi vlt. ff. de dem. ibi, quibus auctoritatem vestitus daret, licet non probaret. Et cap. 1. de prescriptio. lib. 6. et ibi Glossa & Doctores. Et ex cap. super quibusdam §. praeter de verborum significat. Abbas in cap. de quarta. n. 26. Et in cap. vestitus n. 3. de prescriptio. Couarru. ad reg. possessor. 2. p. §. 5. n. 2. et §. 10. n. 7. & alij passim. Ea de causa opus non est immemorialem alleganti titulum ostendere, quia ipsa possessio immemoralis praesumptionem inducit titulum interuenisse, & omnia praescriptio necessaria ad ius esse. Vt rotat Glossa communiter recepta in cap. 1. de prescript. lib. 6. Couarru. ad reg. possessor. 2. p. §. 1. numer. 8. Molina de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 76. Aliquod in-

S. XIII.

De tempore requisito ad prescribendum ea qua mobilibus, & immobilibus adheret.

1. Qua censentur mobilibus, & immobilibus adherere?
2. Obligaciones & de bna racione delicti, regulariter vicennid prescribuntur aliquibus exceptis.
3. Actiones vero, & obligaciones ex contractu regulariter triennid prescribuntur.
4. Qualiter seruientes prescribantur?
5. Quo tempore seruitus qua est usufructus prescribitur?
6. Qualiter seruitus realis continua aut quasi continua prescribi possit?
7. Qualiter discontinua?
8. Qualiter negativa, & affirmatiua.
9. Qualiter seruitus amittitur?
10. Qualiter officia, & beneficia prescribantur?
11. Triennalis possessio prescriptionem concedit aduersus quemlibet competitozem.
12. Quo tempore prescribitur ius presentandi ad beneficium?
13. Quid de iure patronatus?

Qua mobilibus, & immobilibus adherent (spiritualia appellantur ad distinctionem rerum corporarum, & neque enim sentibus corporis apprehenduntur sicut mobilia, & immobilia, de quibus haecque actum est. Haec autem sunt multiplicia. Primum actiones, & obligaciones ad obtinenda mobilia, & immobilia. Secundum seruitus tam realis, quam personalis. Tertio beneficia, & officia tam Ecclesiastica, quam secularia, & iura ad ipsa de quibus sigillatim dicendum est.

Quoad primum de actionibus, & obligationibus. Aliae sunt obligaciones procedentes ex delicto, aliae ex contractu. Obligaciones & debita racione delicti regulariter 20. annum exigunt vt prescribantur ex leg. in omnibus ff. de diuersis. & temporalibus. prescribit. leg. quereis Cod. ad leg. Coroneam de falsis, quia interim delinquentes condemnari possunt. Et docui tract. 4. disputat. 5. punct. 19. numer. 10. Vbi excepti obligationem, & debitum ob non solum vtilitatem leg. 2. Cod. de exco. & commissis, quae quinquennio prescribuntur. Item excepti obligationem, & debitum ob crimen hereticis, quae nunquam a reo prescribuntur, cum etiam post mortem damnari possit; ab aliis vero possessoribus Catholicis ignorantibus bona heretici fuisse non minori tempore quam quadriennio, cap. 2. de fin. de prescrip. in 6. Item exceptenda est actio in iuriam quae legitime annis quingentis leg. si non conuicti. Cod. de iniuriis, & notauit Panormit. cap. ea. in iur. numer. 7. a. de sententia exco. in iur. Item actio ad accusandum pro adulterio commisso ad penam ciuilem, vel criminalem quae quinquennio cessat. leg. adu. Cod. Ad leg. iul. de adu. 47. Secus ad petendum diuortium. cap. adu. numer. 33. quae. 2. Officium vero Iudicis in nullo ex supradictis criminibus cessare etiam post 40. annos; sed posse viuentis delinquentis, & infamia delicti laborante procedere. ait Panormit. cap. acceptum. numer. 1. de p. & canonica. Lessius. lib. 2. cap. 6. dubitat. 1. numer. 36. Eman. Rodrig. 2. q. 99. regulat. q. 6. art. 11. At Iulius Clarus affirmans esse communem sententiam lib. 5. sententiar. §. fin. quae. 51. numer. 1. Layman lib. 3. sum. §. 5. tractat. 1. cap. 8. n. 15. con. 8. oppositum decernit, eo quo inquisitio ex officio Iudicis loco accusationis succedat; denegat ergo accusationem & inquisitio Iudicis denegari debet.

Actiones vero & obligaciones ex contractu aut quasi contractu procedentes regulariter triennio prescribuntur. Vt probat lex sicut in rem Cod. de prescrip. 30. annos. & tradit ex omnium sententia Molina. tract. 2. disp. 1. 7. in initio. Dixi regulariter, nam plures sunt actiones, & obligaciones longius tempus ad sui prescriptionem exigentes alia minori contentae sunt. Primum namque actio hypothecaria prescribitur 30. tempore quo res mobilis, vel immobilis, cui adhaerit prescripta fuerit, quia est accessoria leg. 1. §. 2. Cod. si aduersus creditorem. leg. si quis emptio in princ. iuncta leg. cum nullum Cod. de prescrip. 30. annos. Quod intellige cum res illa, quae titulo hypothecae subiecta est, possideret ab aliquo tertio, qui nec creditor est, nec debitor. Nam si ab ipso debitore, vel eius haeredibus possideatur nequit prescribi nisi spatio 40. annorum. Idem est dicendum si ab ipso creditore possessa fuerit, nequit enim durante vita debitoris prescribi ante quadriennium. Quod prescriptionis tempus computandum est a die solutionis delinctorum: Vt haec omnia constant ex leg. cum nullum. Cod. de prescrip. 30. annos. & resoluit Molina. disputat. 69. circa finem. & Lessius. lib. 2. cap. 6. dubitat. 11. numer. 36. §. 37. In nostro regno Castillae haec actio hypothecaria 30. annis prescribitur aduersus quemcunque. Vt decium est ex leg. 63. Tanti ibi. p. 2. d. de en la obligacion ay hypoteca 10 donde la obligacion es mixta personal

ten expediet titulum vna cum probatione huius diuturnae possessionis allegare, nimirum cum neutrum illorum sufficienter probatur, vt ex probatione vtriusque integra probatio confurgat. Sicut bene aduertit Layman. d. cap. 8. num. 15.

Immemorialis possessio vocatur cuius initium hominum memoriam excedit. Vt habetur. leg. a. §. idem Labeo ff. de aqua pluua arcenda. ibi aut cuius memoria non extat. Et leg. hoc iure §. ductus aqua ff. de aqua quotidiana. & astua, ibi, cuius origo memoriam exco. Censetur autem hominum memoriam excedere, si excedat centum annos. Nam vita hominum, quae memoria solum per centum annos durare praesumitur. leg. an usufructus. ff. de usufructu. leg. finali Cod. de sacrosanct. Ecclesia. Ergo probata possessione ultra centum annos censetur probatum hominum memoriam excedere, ac proinde esse immemorialem.

Huius doctrinae obstat, quia simul cum hac probatione immemorialis stare potest probatio euidens per scripturas, aut testes de actu contrario possessioni, qui factus fuerit a centum & viginti annis. V. g. Ergo praescriptio immemorialis non solum ultra centum annos, sed in infinitum extendi debet, aliam memoriam hominum non excedit, si quidem in memoria hominum statum est audiri vel visum esse contrarium. Praeterea immemorialis praescriptio cum centenaria coincideret, quod est plures Doctores approbant, vt videre est in Couarru. ad reg. possessor. 2. §. 1. numer. 6. Molina lib. 2. de primogen. cap. 6. numer. 43. Velazq. leg. 41. Tauri. Glossa 1. numer. 15. Gutier. pract. qq. lib. 3. quae. 62. numer. 9. At longe vetus est, vt praecitati docent, immemorialem a centenaria distingui, si quidem probari potest centenaria possessio, cuius initium visum esse offenditur. Sed his obiectionibus respondet optimè Molina, lib. 3. de primogen. cap. 6. numer. 63. & seq. admittens probari posse actum possessionis contrarium: nulla enim bona primogenij vinculo ibi ab antiquo fuit subiecta, vt manifeste non constat aliquo tempore libera fuisse. Sed non ob hanc inferitur immemorialem non esse eam possessionem, erit vtique si ultra centum annos probatum fuerit durare, & possit eius initium non consistere. Vnde immemorialis a centenaria non exigit ultra centum progrediens, quae incognitum esse eius initium, cum tamen id eximat immemorialis. Quod tempus praescriptio immemorialis procedere debet ultra centum annos? Respondet optimè Molina loco citato arbitrio iudicis esse relinquendum.

Praecipue tamen immemorialis praescriptio a centenaria in illius probatione distinguitur. Etenim ad probandum immemorialem necessarium est, vt testes deponant se ita vidisse semper, neque vquam vidisse contrarium actum esse, & a senioribus ac a maioribus audiuisse semper ita factum esse, neque audiuisse contrarium, huiusque rei publicam esse famam apud eos qui rem nosse poterant. Sic tradit Glossa communiter recepta in cap. 1. de prescrip. lib. 6. §. in cap. quid per nouale de vobis signis. Aretin. Oldrad. Cornes, Alexand. & Alii quos refert, & sequitur Couarru. ad reg. possessor. 2. §. 3. numer. 7. Testes autem de hac praescriptione deponentes debent esse aetatis 48. & 50. alias non satis deponere possunt. quid actum fuerit illis 40. annis, vt eleganter aduertit Couarru. supra alios referens. Mol. lib. 2. de primogen. cap. 6. numer. 32. Alter Molina Iesuista tractat. 2. disputat. 76. circa finem. Contra vero centenaria praescriptio probari potest tum scriptura testante traditionem rei, vel eius possessionem. Vt docuit Abbas in cap. cum nouo colum. 2. de prescrip. Item probari potest per testes qui aliquot annos post centum excesserint, vt testis probat Couarru. d. §. 3. numer. 8. Optimè potest testis testificari de iis quae ante subteratam vidit, nisi in iure contrarium requiratur, vt in materia testamentorum requiritur. §. testes in iure. de testam.

Sed an probata immemoriali praescriptione, centenaria probata censetur non est constans sententia. Nam Glossa in cap. cum nobis de prescrip. tionib. partem negantem tuetur eo quod ad probationem immemorialis non sit necessaria probatio possessionis centenariae, sed lat sit si probatur semper ita visum, & auditum esse, illiusque publicam esse famam, & opinionem, cum tamen ad probationem centenariae determinata, & manifesta probatio annorum eorum requiratur. Sed rectius docentur contrarium Couarru. ad dictam reg. possessor. 2. §. 3. n. 9. Molina de Hispaner. primogen. lib. 2. c. 6. numer. 47. §. 43. Nam immemorialis probatio necessario continet ne contrarium visum, & auditum fuerit circa centum annos, ad minus ante litem motam. Vt rectè docuit Alexand. cons. 16. lib. num. 16. Ergo tacite & virtualiter immemorialis probatio centenariam continet, haecque Textus in cap. cum Apostolica de his qua sunt a prelatu vbi probans possessionem immemorialem in exigendis decimis censetur eas possidisse ante Concilium Lateranense. Praeterea quoties ius praescribenti resistit non satis est ad prescribendum centenariae possessionis probatio absque titulo, bene tamen sufficit immemorialis, vt colligitur ex cap. 1. de prescrip. tionibus in 6. cap. super quibusdam §. praeterea de verborum significat. Ergo probatio praescriptionis immemorialis eminetur continet centenariam, eaque potior est.

Ferd. de Castro, de Inst. & iur.